

ejusque administrandi modi. Vid. Gerh. LL. de Vita æt. p. 780. 781. Conf. loc. parall. Eph. 3, 5. 6. 9.

ὡς ἡ δόξα) illi (fit) gloria. Pro τῷ τῷ pronomine demonstrativo, quod frequens. Hic pronomem relativum pro Articulo demonstrativo τῷ ponitur.

## IN I. EPIST. AD CORINTH.

### CAP. I.

#### Verf. 1.

Πάντες οἱ ἐπικαλούμενοι τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ) omnes cognominati nomine Christi, vel etiam invocantes nomen Christi Hebr. נְקִרְאִים כְּשֵׁם שָׁמַיִם est periphrasis Christum confitentium eique adhaerentium: cujus similem descriptionem vide Act. 22, 16

8.) Certitudo salutis ac perseverantia in fide.

9.) Fundamentum certitudinis salutis vocatio ad communionem, adeoque Regnum Christi, quod in illâ communionem consistit.

12. λέγω δὲ τῷ) puto autem hoc.

14. Κεῖσπον) pro Κυεῖσπον, more Orientalium, qui nunquam duo Consonantes ab initio simul legunt, sed per Scheva illos combinant, h. m. כְּשֵׁם שָׁמַיִם habet autem h. l. Scheva tendentiam ad i, quod immediatè sequitur, & ob euphoniā & cognationem pronunciationis, & quia sequitur i, eliditur.

13. In nomine alicujus, vel in aliquem baptizari) Baptismate propriè f. d. phrasi Scripturæ dicitur ita baptizari, ut ejus, in quem baptizamus, nos totos & corpore & animâ fore, eique nos servire, & vivere & mori velle, ejusque partes contra omnes hostes, quocunque nomine veniant, defendere in nos recipiamus, stipulemur ac firmiter sacramento vel juramento quasi interposito nos obstringamus. Part: enim εἰς h. l. non tantum nudum interesse significat, ultimumque finem, ad quem tanquam scopum Baptismus ille tendit, sed in super ab alterâ parte obligationem perpetuam isti personæ serviendi, adhaerendi ac proprium dicandi: quæ acceptio part: εἰς in h. l. statumatur ex contextu, ubi v. 12. præced. Paulus improbat dissidia dicent-

cen-